Paulus <Diaconus> [Editor]; Surgant, Johann Ulrich [Editor]: Homiliarius doctorum de tempore et de sanctis a Paulo Diacono collectus

Basel: Nicolaus Kesler, 1498 



# De Virginibus

xime curre nunq̄z tibi aliquid mali feci in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit lugens: ꝛ perstrepēs familia ꝯuenit. Eos autē quos ille insistēs sibi grauiter tolerabat: ipsi malignos spiritus videre nō poterāt: sed eorum presentiam in cōfusione ꝛ pallore ac tremore illius qui trahebatur videbāt. Pauore aūt tetroꝝ imaginis: huc illucq̄z vertebat. In lectulo iacebat in sinistro latere: aspectum eoꝝ ferre non poterat: vertebat ad parietem: ibi aderant. Cumq̄z cōstrictus nimis relaxari se iam posse desperaret: cepit magnis vocibus clamare dicens: Inducias vel vsq̄z mane: inducias vel vsq̄z mane. Sed cum hec clamaret: in ipsis suis vocibus: de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirū cōstat: quia pro nobis ista nō pro se viderit: vt eius visio nobis ꝓficiat: quos adhuc diuina patiētia lōganimiter expectat. Nā illi tetros spiritus ante mortem vidisse: et inducias petisse quid profuit: qui easdē inducias quas petijt: non accepit? Nos ergo frēs charissimi: nos sollicite ista cogitemus: ne nobis inuacuū tēpora pereant: ꝛ tunc q̄ramus ad bene agēdum viuere: cū iam cōpellimur de corpore exire. Mementote quid veritas dicat: Orate: ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Per legis quippe mandatū: ambulare longius in sabbato nō licet. Hyems quoq̄z ad ambulandū impedimentū est: quia gressus ambulantiū: torpor frigoris astringit. Ait ergo. Orate: ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Ac si dicat: Uidete ne tūc queratis peccata vestra fugere: quādo iam nō licet ambulare. Illud ergo tēpus quo fugere nō licet: nūc debet cogitari dum licet. Illa hora est exitus nostri semper intuenda: ista redemptoris ammonitio ante mentis oculos semper ponenda: qui ait: Uigilate itaq̄z: quia nescitis diem neq̄z horam. Tu autē dn̄e.

Matt. 24.

Npreclarū Omeliarū opus: plurimoꝝ sanctoꝝ aliorumue famosissimoꝝ doctoꝝ: sup euāgelijs de tēpore ꝛ sanctis quibusdā eorundē adiunctis sermonibus: Tam verboꝝ ornatu limatū: tā q̄z sententiarū grauitate vbertateq̄z sparsim plantatū: in mercuriali Nicolai Kessler officina Basilee imp̄ssum (Imperāte illustrissimo Maximiliano rege Romanoꝝ inuictissimo) Non igit in factorē liuoris tractus aculeo: theonino dente correctionis insanias: Sed potius beneficij nō ingratus: ad exhibita donaria discretionis oculos adhibeas colūbinos. Anno incarnationis dn̄ice: Millesimo quadringētesimo Nonagesimo octauo decimo Nonas Augusti. Finit feliciter.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-469/0495
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG